



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Garvmna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

408 Pap. Mass. descr. Francia
annonæ, vt in vita S. Aphrodisii
habetur : qui amnis à prima sua
origine vsque ad mare duodecim
ferè leucas fluit.

GARUMNA.

GA-
RUMNA **S**EPTEM flumina, Garumnam,
Saurigeram, Tarnem, Oldam,
Duranum, Atyrum, & Agerium
breviter descripsit Gabriel Lur-
beus Burdegalensis, nec cum lau-
de sua carere volumus : magno e-
nim labore & industria id opuscu-
lum confecit, & sicubi erratum ab
eo est, mihi satis erit locum indi-
casse, sic autem orditur. Aquitania
quam nonnulli veterum tertiam
Galliarum partem constituere, ex
prima Romanorum descriptione,
à Garumna flumine, ad Pyrenæos
montes, & eam partem Oceani,
quæ ad Hispaniam pertinet, inter
occasum Solis & Septentriones
protenditur. Suetonius in Octavio:
*Domuit, inquit, partim ducta par-
tem auspiciis suis Cantabriam, Aqi-
taniam.*

Francia
Aphrodisii
prima sua
duodecim

I A.
arumnam,
, Oldam,
Agertium
briel Lur-
cum lau-
magne
id opuscu-
erratum ab
ocum indi-
Aquitania
um tertiam
stituere, ex
escriptione,
Pyrenæos
m Oceani,
tinet, inter
ptentriones
in Octavio:
ducta par-
riam, Aqi-
saniam.

taniam, Pannoniam, Dalmatiam, GARVM
cum Illyrico omni, Rhetiam & Vin- NA.
delicos ac Salassos gentes Alpinas. Po-
stea finibus Aquitanix prolatis,
Garumna, quæ Celtas ab Aquitanis
antiquis dirimebat, per medios A-
quitanos in Oceanum excurrit. Ex-
inde Aquitania in Cisgarumnam &
Transgarumnam dividitur. Cisga-
rumna inter Pyrenæum & Garum-
nam à Fuxensibus, Convenis, Au-
scis, Bigerronibus, Tarbellis, Be-
nearnensibus, Vasatensibus, Vi-
viscis sive Burdigalensibus posside-
tur, & nomine Vasconix vocatur.
Transgarumnam ad Ligerim vs-
que, Rutheni, Cadurci, Aginnen-
ses, Petracorii, Lemovicenses, Bi-
turiges Cubi, Engolismenses, San-
tones, & Pictones incolunt. Ga-
rumna igitur omnium qui è Pyre-
næo fluunt, fluviorum maximus,
cursu rapido Tholosam, inde Bur-
digalam perlabitur, vix vadofus ni-
si flagrantissimo cœli sidere, sed
semper lemborum & navigiorum
capax. A Burdegala verò, ubi O-
ceani æstuantis accessibus adauctus
est, iisdem retro remeantibus suas



GA-
RVM-
NA.

410 *Pap. Mass. descr. Francie*
illiusque aquas agit, aliquantulum
plenior; & quanto magis procedit,
eò latior, magnique freti similis,
nec majora tantum navigia tolerat,
verum etiam more pelagi sævientis
exurgens navigantes jactat: vento,
vbi paululum spiraverit, mirum in
modum commoveri solitus. Unde
Claudianus:

— *Retro pernicios unda Garum-
na*

Oceani pleno quoties impellitur æstu.
Ita Buchananus princeps Poëta-
rum hujus sæculi in Sylva ad Caro-
lum V. Burdigalæ hospitio publi-
cè susceptum.

— *Oceanus, inquit, refluis ut ple-
nior undis*

Majores convolvit aquas.

Hanc etiam æquoream, id est la-
tam vocavit Ausonius illo versu ad
Paulinum:

*Æquoream liqui te propter, amice,
Garumnæ,*

*Te propter campos incola Sancto-
nicos.*

Etsi autem Garumnæ æstivolis
recursibus Luna, ut reliquo Ocea-
no dominetur, tamen certum est

Francie
quantulum
is procedit,
eti similis,
igia tolerat,
gi sævientis
tat: vento,
, mirum in
itus. Unde

nda Garum-

bellitur estu.

eps Poëta-
ya ad Caro-
pitio publi-

fluis ut ple-

s.

am, id est la-
illo versu ad

pter, amice,

icola Sancto-

næ æstivolis
liquo Ocea-

a certum est

per Flumina. 411

circa Æquinoctia altiùs attolli, ve-
rùm Autumnali potiùs, quàm Ver-
no. Inanes penè æstus in Bruma, in
Solstitio debiliores: sicut ventis Au-
stralibus insurgere, Borealibus
comprimi experientia rerum ma-
gistra docuit. Varii generis nume-
rosam piscium sobolem, & flumi-
nearum alitum dices cupedias ma-
cello subministrat Garumna. Ab
ipso certè amnis capite donec se in
pelagus effundat, tructis, salmo-
nibus, mustellis, murenis, carpioni-
bus, tincis, alburnis, gobionibus,
barbis, alaufis, luciis, mullis, mu-
gilibus, & aliis id genus piscibus
abundans, nec deest accipenser,
quem Gallo-Romani sturionem,
Burdigalenses *Creac* vocant. Et
quod spectantium oculos grato vi-
rore detinet, & utilitatem non exi-
guam suavissimæ amœnitati habet
admixtam, perpetui vitiferi colles
illum ambiunt, vnde Ausonius:

*Sic mea flaventem pingunt vineta
Garumnam,*

*Summis quippe jugis tendentis in ut-
tima clivi*

Conseritur viridi fluvialis margo

Sij

GA.
RVM-
NA.

GA-
RVM.
NA.

Ut autem Lurbeus debita laude non caruit, ita Helias Apamienſis Jureconſultus, qui de Atace & Aurigera eleganter ſcripſit lib. 1. hiſtoriæ Fuxenſium Comitum, fama apud poſteros perenni celebrabitur. Ex his etiam Pyrenæis montibus, inquit, nobiliſſima ingentiaque flumina prodeunt, inde in utramque Galliam propero curſu ſeſe latè infundentia. Quorum primus Atax ſuis cunabulis, ipſoque ortu præceps, tum deinde cum plana attigit molliter fluens, atque ſtanti ſimilis videtur. Cui vicinus eſt Aurigera, omnium fluviorum quos Pyrene producit nobiliſſimus, diſtiſſimusq; ab auro gerendo cognominatus, quo neque Tagus aurifer, neque Pactolus, Hermus, Durius, Padusve aureis arenis inſignes, celebriores nobilioresque exiſtunt. Ex hoc enim, ut nos ipſi ſæpiùs vidimus, pellucidi ex auro fruſtuli, cruſtuli, areneque aureæ perſæpe ab incolis defodiuntur, ac dein ſecundùm ripam fluminis ſordibus clotis, depurgatisque omnibus excrementis, ipſum aurum purum ſolumque remanet: quod ſi in minutas par-

res dispersum fuerit, argento vivo in
 unum colligunt: qui mox Fuxensibus,
 Pamienfibusque assiduus est, adeo ut
 ex eo questu plures alantur, ampla-
 que interdum patrimonia parent. Hic
 fluuius turtures ingentes alit, haud
 quidem salmonibus cedentes, ac etiam
 minorum pisciculorum genus, albur-
 nos, alansas, monopalmosque salmo-
 nullos. Hic postquam campos oppida-
 que Fuxensis orae alluit, in Garum-
 nam fluuium duobus à Tholosa mil-
 liaribus sese immittit, illum aucturus,
 hoc tantum ex augmento premii refe-
 rens, ut pulcherrimum nomen amit-
 tat, subeatque Garumna appellatio-
 nem. Continuato igitur cum Aurigera
 cursu, conjunctisque aquis Garumna
 procedit, omnium, qui è Pyrenaeo pro-
 deunt, fluuiorum maximus, altissi-
 musque, qui per Tholosates Aqui-
 tanosque transiens, junctis secum aliis
 fluminibus, in Burdigalam mareque
 Oceanum dilabitur.

GARUMNA.

Garumnam autem magnum Ti-
 bullus vocat versa illo:
 Testis Arar, Rhodanusque celer,
 magnusque Garumna.
 Buchananus in Silvis pulchrum

debita laude
 Apamienfis
 Atace & Au-
 fit lib. I. hi-
 nitum, fama
 celebrabi-
 montibus,
 gentiaque flu-
 tramque Gal-
 atè infunden-
 ax suis cuna-
 s, tum deinde
 rfluens, atque
 ui vicinus est
 viorum quas
 mus, ditissi-
 ognominatus,
 er, neque Pa-
 us, Padusve
 celebriores no-
 hoc enim, ut
 pellucidi ex
 arenæque au-
 fodiuntur, ac
 minis sordid-
 e omnibus ex-
 purum solum-
 mirant as par-



GA-
RUMNA.
NA.

414 *Pap. Mass. descr. Francie*
epithetum eidem fluvio tribuit.
Vasconidis regnator aquis generose
Garumna.

In iisdem Silvis desiderium Pto-
lomei Luxii paucis ita exprimit :
Usque adeo patrii sordet tibi ripa
Garumna,

Pitones ut scopulos, atque horrida
tesca frutetis

Durus ames?

Quod Fortunatus ante eum ei tri-
buerat in Ægercii descriptione.

Petrus Ronfardus nostri gene-
ris Poëtarum optimus de Pibracio
Tholosate loquens :

Pibrac de la belle Garonne le docte &
elegant nourrison.

Sed idem dixisse videtur Auso-
nius illo versu :

*Perque latus pulchro perlabitur am-
ne Garumna.*

Et Sidonius, remis velivolunt
quatit Garumnam. Cujus autoris
sunt hi quoque elegantes versus :

Est locus irrigua qua rupe Garumna
rotatus, [lapse]

Et tu qui simili festinus in aquora
Exis curvata Durani muscose sabur-
ra,

Jam pigrescentes sensim confunditis GARM
amnes. RVM

Currit in adversum hic pontus, mul- NA.
toque recurso

Flumina quas volvunt & spernit &
expedit undas:

At cum summotus Lunaribus incre-
mentis

Ipsa Garumna suos in dorsa recolligit
estus,

Precipiti fluctu raptim redit, atque
videtur

In fontem jam non refluxus, sed de-
fluus ire.

Ausonius quoque Poëta, & sub
Gratiano Cæsare Consul designa-
tus, de eodem recurso sic ait:

Te quoque ne pigeat consponsi fœde-
ris, & jam

Cuius veni remo, aut rota.

Aequoris undosi qua multiplicata
recurso

Garumna pontum provocat.

Sidonius Carmine 7. de eodem
Garumna ita loquitur:

— — qua pulsus ab aestu

Oceanus refluxum spargit per culta
Garumnam

In flumen corrente mari transcendit

416 Pap. Mass. descr. Francia
amarus.

GARVM

NA.

*Blanda fluente latex, fluvii que im-
pacta per alveum*

*Salsa peregrinum sibi navigat unda
profundum.*

Quem autorem Buchananus in Syl-
vis imitatus videtur in hunc mo-
dum:

*Ipsae suas vites, sua pingua culta Ga-
rumna*

*Oderit, & nulla redimitus arundine
frontem*

*In mare per steriles lentè proreptet
arenas.*

Et Fortunatus de Leontio lo-
quens:

*Inferiora velut sunt flumina cuncta
Garumna,*

*Non aliter vobis subjacet omnis
apex.*

Ac fortè id de Aquitanicis amni-
bus intelligitur; nam aliò referri
non posse videtur. Ausonius ad
Paulinum epistola:

— *Lataque fluente Garumna.*

Et in descriptione Mosellæ:

— *equorea te commendabo Ga-
rumna.*

Strabo quidem Amasizæ natus,

civitate Pontica, qui Augusti & Ti- GARVM
berii temporibus floruit, narrat NA.
tria flumina influere in Garum-
nam. Sanè multò plura influunt,
sed nominis majoris ista sunt, Du-
ranus, Oltus sive Oldus, Tarnis.
Cætera antiquus ille scriptor bre-
vitatatis causâ nominare noluit.
Duobus autem stadiorum millibus
vtriusque fluminis navigationem,
Garumnæ scilicet & Ligeris flu-
viorum, tradit lib. 4. Et Gallos
quidem, qui sunt Celtæ, ab Aquit-
tanis Garumna flumen distermi-
nat, à Pyrenæis oriens collibus
post oppida multa transcursa in O-
ceanum delitescens. Hæc Ammiani
Marcellini verba sunt lib. 15. Sed
plenissimè Garumna describitur à
Pomponio Mela, nec necesse est
ejus descriptionem paulò longio-
rem hîc adscribere, cum Mela ipse
de situ orbis facilè passimque repe-
riatur. Pars autem Aquitaniæ, cui
Vasconiæ nomen est, continetur
montibus Pyrenæis versus Meri-
diem, Garumna flumine ad orien-
tem Solem & Septentriones, & ma-
ri Oceano versus Occasum. Gas-

GA-
RUM-
NA.Gren-
de.Agen.
Port
sainte
Marie.La
Reolle.
S. Ma-
chair.

B. r.

n.

B

c. 115.

S.

Labour.

rumna enim oritur in Auræ montibus, diœcesi & territorio Convenarum, qui sunt Pyrenæorum, supra oppidulum S. Beati, ortusque ipsius ad eam partem montium qui ad Hispanos pertinent, referendus est. At ubi Garumna in planiciem descendit, in oppidulum, cui Regio monti nomen est, versus Orientem fluit per *Valentinam*, mox in Septentrionem per *Kiverias*, *Muretum* & *Tholosam*, unde perpetuo cursu in mare Oceanum influit, multas claras vrbes *Granatam*, *Aginnum*, *Portum Mariae Virginis*, *Marmandam*, *Regulam*, *D. Macharium*, *Burdegalam* alluens aut intersecans, antequam Oceano misceatur. Nec verò omnes regiones quas adit, ad Vasconiam pertinent, neque ejus sunt. Regio enim illa excipitur, quæ continet *Benearnum* & *Biscainos*, & duas regiones *Sulam* & *Lapurdiam*, *Navarramque* inferiorem, quæ Henrico IV. Regi nostro subest. A Garumna autem versus Pyrenæos & Hispaniæ fines properantibus intra Vasconiam multi sunt exigui rivu-

Francie
ara monti
tio Conve
æorum, su
, ortusque
ontium qui
referendus
planiciem
n, cui Re
rsus Orien
m, mox in
erias, Mu
e perpetuo
am influit,
Granatam,
ria Virginis,
D. Ma
alluens aut
m Oceano
nes regio
oniam per
t. Regio e
æ continet
, & duas re
am, Navar
æ Henrico
A. Garum
æos & Hi
tibus intra
exigui rivu

per Flumina.

419

li, multi mediocres diversis locis GA-
reperiuntur. Quo in numero *Balisa* RVM-
est per *Insulam* exiguam urbem NA.
fluens tribus milliaribus ab *Auscis*, *Baise, v.*
& à *Neratio* præcipua vrbe Ducatus *Islette.*
Albretiorum: duobus autem ab eo- *Aux.*
dem *Neratio* in *Garumniam* influit *Nerat.*
Ciron vno tantum milliari ab *areno* *Albret.*
sa Vasatum vrbe, sub arcu & fornice
pulcherrima *Bauliaci* pontis. Hujus
amnis fit mentio in Itinerario An-
tonini. Ab hoc fluviolo pergentibus
versus *Pyrenæos* occurrit alius am-
nis sæpe periculosus, satisque in fla-
tus aquis. Huic nomen *Larodio*, qui *Larod, v.*
è *Convenarum* montibus fluens, in
Aturram labitur infra parvam vr- *Atur.*
bem cui *Malburgeto* nomen est. Ul-
tra hunc fluvium *Pyrenæos* profi-
ciscantibus occurrit *Atir* pleno al- *l' Adour*
veo, qui oritur in montibus *Bigerrio-* *Bigorre.*
num, postea fluit *Campanum*, quod est *Cam.*
egregium mapale longum dimidia *pan.*
leucam, optimo butyro & melle a-
bundans, ex quo ardentibus bellis
sclopetarios ter mille in hostem du-
cere facile est: deinde per oppidum
Calentem aquarum qui *Vicani* *Aquen-*
ses appellantur: mox *Tarbeam* *Epil-* *Tarbe.*

GA.
RVM-
NA.
Mal-
bour-
gust.
Aire.
S. Seve-
rin,
Le Ga-
ve de
Bear, r.

Le Luis
r.

Le Ga-
vas, r.

Lave-
nan.

420 Pap. Mass. deser. Francie
copalem urbem gentis Bigerrio-
num, postea vicum Bigerrionum,
Malburgetum & Aduram urbem
Episcopo illustrem, *sancti Severi*
municipium, quod Vasconia caput
dicitur, *Aguas quæ Augusta* vocan-
tur. Inde Atir junctus *Gavo*, quem
Bearnensem incolæ appellant, loco
Honargave, longitudinem muro-
rum *Baiona* urbis Episcopalis, quæ
Franciam aspicit, excurrens in O-
ceanum influit. Transito Gavo sive
Gabero (nam Bearnenses patriâ
linguâ sic appellant,) *Benearnum*
regionem itur, in qua duo fluvioli
visuntur, *Luisa & Gavasus*, qui ibi
fontes habent. Alii etiam amnes
certo anni tempore satis periculosi
ex eo tractu manant. Cæterum pri-
marii fluvii Bearnensium sunt Ga-
vi, quorum vnus appellatur Bear-
nensis, estque primarius, & inflatior
cæteris, & qui ante alios occurrit, is-
que oritur in montibus *Lavedanis*
regionis Bigerrionum supra *Balnea*
Canteresia: isque incredibili & for-
midabili impetu ex montibus illis
labitur, & præcitem se dat. Hic est
fons præcipuus Gavi, cui jungitur

. Francie
s Bigerrio-
gerrionum,
uram urbem
Sancti Severi
conia caput
gusta vocan-
Gavo, quem
pellant, loco
inem muro-
copalis, qua
arrens in O-
to Gavo sive
enses patria
Bearnum
duo fluvioli
asus, qui ibi
tiam amnes
is periculosi
æterum pri-
m sunt Ga-
llatur Bear-
s, & inflatio
occurrit, is-
s Lavedanis
upra Balnea
libili & for-
ontibus illis
e dat. Hic est
cui jungitur

alter, isque minor, quem *Gava-*
retum incolæ vocant, quasi dimi-
nutivum Gavi, qui manat è *Bare-*
diensibus Balneis, qui in eisdem sunt
montibus vallibusque *Lavedanis*,
ac parum cedit superiori Gavo :
fitque conjunctio seu permixtio in
loco quem vulgus appellat *Peyre-*
fatte, in iisdem montibus Comi-
tatus Bigerrionum, atque ita per-
mixtus aquis fluunt versus *Lapur-*
dam, vbi munitio egregiè valida
visitur, postea in urbem *Bigerrio-*
num, inde mapale *S. Petri Guey-*
rensis, quod regionis Bigerrionum
quoque est : postmodum ingredi-
tur *Bearnum* regionem, ac perexi-
guam urbem satisque pulchram,
cui *Naio* nomen, exin *Palum* præ-
cipuam urbem Bearnensium, & iu-
risdictione cæteris imperantem,
vbi Regia est, indeque *Orthas* la-
pideo ponte ornatus, indeque *Bel-*
lotium fluit, quo loco relicto Bear-
nensi principatu, ingreditur regio-
nem *Urthensem*, quæ pertinet ad
Regem Francorum, decurritque
Sordam municipium satis populo-
sum, vbi iungitur alteri Gavo, quem

GAVARUM
NA.
Gava-
ret.
Baredi.
Lourds.
Nai.
Pau.
Ourth.
Sord.

GARVM Oleronensem vocant, de quo infra
 NA. loquemur; Bājonensesque muros
 alluit cum Atiro. Hic autem flu-
 vius et si satis aquarum habet, ta-
 men propter rapiditatem & rupes
 quæ sunt in ejus alveo, navigabilis
 non est, vt cæteri fluvii propter ean-
 dem rationem: imò,

— *Ledit fata læta, bonumque labores,*
 vt ait Poëta, frequentibusque exun-
 dationibus extra ripas diffluit, &
 hic paucis tantum locis cum navi-
 culis trajicitur. Post hunc Gavum
 Bearnensem accedendo ad Ole-
 ronensem prope montes Hispanici
 juris, trajiciuntur multo periculo
 quandoque rivi, quos hic brevi-
 tatis causâ omittimus. Eorum ta-
 men vnus est referendus ob copiam
 aquarum, hicque vocatur *Nesus*,
 qui jungitur Bearnensi ultra Pa-
 lum, oriturque è fonte, in loco
 cui *Revenacio* nomen, ac statim
 moletrinam agit, è quatuor mo-
 lis compositam, nec vquam
 arefcit quantuscumque calor ter-
 ras vrat: nullum tamen lembum
 aut navigium patitur. Juxta muros
 Oleroni vrbis duo amnes fluunt;

Le Nes,
 r.

Reve-
nae.

Francie
de quo infra
esque muros
ic autem flu-
m habet, ta-
em & rupes
, navigabilis
propter can-
mque labores,
busque exun-
s diffluit, &
is cum navi-
nunc Gavum
ado ad Ole-
tes Hispanici
ulto periculo
os hic brevi-
s. Eorum ta-
tus ob copiam
atur Nesus,
si ultra Pa-
nte, in loco
, ac statim
quatuor mo-
ec vumquam
que calor ter-
men lembunt
Juxta muros
nnes fluunt;

per Flumina.

vnus *Osavus*, alter *Aspens*, qui ^{GARVIA}
junguntur non longiori spatio à ^{NA}
muris vrbs quàm jactu lapidis. Et ^{Osseant}
quidem vrbs illa populo abundat ^{Aspe, r.}
& mercibus, sitaque est in radici-
bus Pyrenæorum. Nam etsi Bear-
nenses & Biscaini generaliter
sunt admodum montosi, tamen
respectu altissimorum montium,
qui in Pyrenæis visuntur, ac pro-
pè cœlum altitudine contingere ju-
dicantur, & veluti quidam limi-
tes inter nos & Hispaniam, nihil
aliud sunt quàm colles & valles. Hi
autem duo fluvii *Osavus* & *Aspens*
vocantur à vallibus vnde profluunt,
ac descendunt: vallesque dictæ
sunt ab incolis certæ regiunculæ
montium, quæ incolas habent, plu-
rimaque oppidula & vicos cultura
prorsus mirabili. *Gavus* verò &
Aspens separant *Olorionum* ab vr-
be sanctæ Mariæ, quæ sedes est
Episcopatus illius, tam stricto tra-
jectu, vt pons qui est inter has duas
vrbes, ex vna tantùm, sed longissi-
ma, trabe sit compositus, quæ at-
tingit vtramque ripam. Igitur hi
amnes extra urbem *Olorionum*

GARVM
NA.*Sanve.
erre.*

permixti nomen amittunt, ac vo-
cantur deinceps vno nomine Gavi-
Olorionensis, qui *Navarrinum* in-
tersecat, munitionem egregiam si-
tamque inter fines Bearnensium.
Mox *Salvamterram*, indeque per-
miscetur Gavo Bearnensi apud
Hordam, vnâque fluunt iuxta Ba-
ionam, denique in Oceanum la-
buntur. Memorabile autem est
quod hi fluvii neque divisi neque
iuncti vumquam extra ripas dif-
fluunt, immò continentur alveis
suis, altisque marginibus veluti
muris ac præaltis rupibus, quarum
ductus plenus instar pavimenti est:
idcirco etiamsi rapidi, navigabiles
tamen non sunt. Quò fit vt vicinis
agris nihil noceant, vt iam dixi-
mus, ac trajiciuntur navigio cer-
tis tantum locis. Propius autem
accedendo ab Olorionio ad mon-
tes Hispanici iuris, occurrit flu-
violus quatuor millibus spatium:
Le Vert, ab eo cui nomen *Vertio*, descen-
dens à Valle, id est regione Ba-
ritusia, proximeque accedit lati-
tudine ad Gavos divisos, atque
abundat troctis, quem penè vni-

cum excellentem piscem habent. ^{GARUM}
 Is excellit cæteris, & purpuream ^{NA.}
 carnem habens. Nec verò vllam
 urbem fluendo attingit, atque sub
 Olorono quatuor millibus spatium
 in Gavum influit. Nulli autem am-
 plius in Bearnensi principatu sunt
 memorabiles fluvii, sed statim tran-
 sito Vertio aditus patet in Regio-
 nem *Viscainam* & Vicecomitatum
Hulensem, quorum vulgaris lingua ^{Le Houl-}
 Biscaina est. Verùm quia populus ^{le.}
 eius gentis frequens est in Bear-
 nensi tractu, eius maior pars Bear-
 nensem sermonem intelligit. In
 eadem verò Hullensi regione est
 alius fluvius, quem etiam Gavum
 vocant nomine generali fluviorum
 illius, sed speciali nota *Hawm* nun- ^{Hawm,}
 cupatur, manatque è montibus ^{r.}
 Biscainorum, qui sunt in vicinia su-
 perioris Navarra, quæ est ultra
 montes quos Hispani occupant,
 atque in radicibus Mauleonis op-
 piduli præcipui Hulensium, inter
 vicium communi voce gentis Li-
 charram & Mauleonem. Permi-
 scetur Gavo Olorionensi quatuor
 passuum millibus à Salyaterra Bear-

. Francia
 unt, ac vo-
 nomine Gavi
 varrinum in.
 egregiam si-
 carnensium.
 ndeque per-
 nensi apud
 nt iuxta Ba-
 Oceanum la-
 autem est
 divisi neque
 a ripas dif-
 entur alveis
 nibus veluti
 us, quarum
 avimenti est:
 , navigabiles
 fit vt vicinis
 vt iam dixi-
 navigio cer-
 opius autem
 io ad mon-
 occurrit flu-
 bus spatium
 rtio, descen-
 regione Ba-
 accedit lati-
 vifos, atque
 a penè vni-

GARVM
NA.Vidux,
r.Pied de
port.Vidosa
seu Bi-
dosa, r.

nensium, nec navigia patitur, sicut nec alii fluvii de quibus diximus. In inferiori verò Navarra exiguus amnis est, quem *Vidosum* seu *Bidosum* patriâ linguâ incolæ vocant, qui ex iisdem montibus fluit atque oritur versus *sancti Joannis à pede portarum*, quod est initium atque iter montium, quibus ab inferiori Navarra in superiorem transitur, ubi vrbs *Sancti Pelagii* est, sedesque est Cancellarii Navarrorum: inde rursus *Vidacum* vicum præcipuum *Grandimontana* familiæ, quod est caput Comitatus illius pertinentis ad eandem familiam, labiturque in *Gavos* eo loco, qui à nomine *D. Joannis Lichareni* nuncupatur, quatuor majoribus leucis à *Baiona*. Hic autem fluvius licet exiguus, nihilominus ob fluxum & refluxum maris navigabilis est: mox in loco, cui *Cama* nomen, usque ad Oceanum ac *Baionam* versus magna navigia, quas *Chalupas* lingua patria vocant, quotidie defert. Transito autem *Vidosa* seu *Bidosa* versus Oceanum

& Baionam, est regio *Labursia*, seu *GARVIA*
 terra laboris, quorum lingua & ^{NA.}
 sermo Biscainus est; tractusque re- ^{La-}
 gionis extenditur à Baiona vsque ad ^{bourth.}
 S. Joannem Lugiensem, septem-
 leucas spatii continens: illaque re-
 gio nec fertilis, nec abundans, *La-*
purdiensis à Scaligero Julii filio ap-
 pellatur. *Nivus* oritur ex iisdem ^{Le Nis-}
 montibus Navarrorum, & terram ^{ve, r.}
Laboriam perfluit, vt *Gavus* apud
 Baionam ingrediatur. Et quamvis
 revera intra urbem illam non fluat,
 muros tamen pene lambit inter vr-
 bem & suburbanum ea parte quæ
Panacana appellatur, atque incipit
 navigia ferre ab eo loco qui *Ustari-*
cus vocatur, tribus supra Baionam
 leucis ab ea distitus, idque fit ob re-
 fluxum maris. Commentarium au-
 tem horum fluviorum Gallico ser-
 mone manuscriptum rogatus ab
 amicis Joannes Petrus Badia Lascu-
 riæ Episcopus, & diligens rerum
 memorabilium patriæ suæ observa-
 tor, ad me Lutetiam mittendum
 curavit, cui ob id beneficium quam
 maximas possum gratias ago, non
 periturus quandiu huic libro vita
 supererit.

GARVM
NA.

Antequam, autem ad descriptionem à Lurbeo factam perveniatur, locum vnum ex capite 1. lib 5. Aimoni de Pyrenæo subjiciam. Pyrenæus mons, inquit, cum altitudine penè cœlum contingat, asperitate cautum horreat, opacitate silvarum tenebrescat, angustia vie vel potius semite commeatum non modo tanto exercitui, sed paucis admodum penè intercludat, Christotamen auxiliante prospero itinere Carolus Magnus emensus est. Alter est Venantii Honorii Clementiani Fortunati Presbyteri Italici, qui Pistaviensis in Gallia deinde fuit Episcopus, ex præfatione libri primi Carminum ad Gregorium Pontificem Maximum. Ego, inquit, imperitus de Ravenna progrediens Padum, Athesim, Brintam, Plavem, Liguëtiã, Tiliamentumque tranans, per Alpem Juliam pendulus, montanis anfractibus Dravum, Norico Birrum, Oeno, Breones, Lycum, Boiaria, Danubium, Alemania, Rhenum Germania transiens, ac post Mosellam, Mosam, Axonam, & Sequanam, Ligerim, & Garumnã Aquitanie maxima

Francia
descriptio
erveniatu
I. lib 5.
ojciam. Py
m altitudine
peritate can
silvarum te
vel potius
modo tanto
modum pene
n auxiliante
s Magnus
enantii Ho
unati Pres
tavienfis in
copus, ex
Carminum
cem Maxi
imperitus de
dum, Athe
Liquetiam,
per Alpe
is anfracti
rum, Oeno,
Danubium,
mania tran
Mosam
Ligerim,
aie maxima

per Flumina.

429

fluenta transmittens, Pyrenæis occur-
rens Julio mense nivosis, pene aut
equitando, aut dormitando conscri-
pserim: ubi inter barbaros longo tractu
gradiens, aut via fessus, aut crapula
brumali sub frigore Musa hortante,
nescio gelida magis an ebria novus
Orpheus Lyricus sylvis voces dabam,
silva reddebant.

Garumna igitur, ut Lurbeinar-
rationem seu ordinem sequar, è
Pyrenæis per duas valles Degarim
& Dervam in Consueranos & Con-
venas descendit: oppidum illorum
falsò Leodegari dicens, cum Tem-
plum Episcopale Licerii, vulgò, S.
Licar, appellari soleat: oppidum-
que ipsum, extra quod nec pome-
rium, nec vllum suburbanum ædi-
ficium est, Austria vocetur ab au-
stro, quod nomen venti est ibi per-
flantis. Infra quod municipium,
edito loco situm, planities cerni-
tur, quam Salatus amnis modicus, Le Sa-
latus è Pyrenæo irrigat, qui tan-
dem in Garumnam labitur, qua de
re in Notitia Episcopatum Gal-
liæ qua Francia est, iam diximus. s. Hic
In oppido S. Hieronymi Consue-
ron.

GARUMNA.

Consue-
rans.
Comino-
ges.
S. Licar.

Le Sa-
lat, r.

s. Hic

ron.

GA-
RVM-
NA.
S. Hi-
107.

430 Pap. Mass. descr. Franciæ
ranorum super Salato amne talis
inscriptio est.

D. M.

IVLIÆ SERGI
FILIÆ PAVLINÆ
M. SERGIVS PAVLINVS
MATRI PIENTISSIMÆ.

De Convenis nemo præclariùs
scripsit Hieronymo Stridonensi in
libro adversus Vigilantium. Nimi-
rum respondet generi suo (Vigilan-
tius) ut qui de latronum & Convena-
rum natus est semine, quos Cn. Pom-
peius edomitâ Hispaniâ, & ad trium-
phum redire festinans, de Pyrenais
jugis deposuit, & in unum oppidum
congregavit: unde & Convenarum
urbis nomen accepit: huc usque latro-
cinetur contra Ecclesiam Dei & de
Vettonibus, Arbacis, Celtiberisque
descendens incurset Galliarum Eccle-
sias. Eiusdem urbis descriptio ab
Aimoino Historico cap. 69. lib. 3.
memoriæ tradita est. Ea tempestate
Gumdoaldus à Desiderio derelictus,
una cum Mummolo, Bladaste ac
Wadone sive Sagittario, Convenas
urbem ingreditur. Ea urbs in ca-
ecumine præcelsi montis trans Ga-

rumnam sita est, procul ceteris remo- GA-
 tis montibus. Ad radices rupis fons R V M-
 oritur, cui imminet desuper turris al- NA.
 tissima, qua cives per cuniculum
 descendentes à lesione defendat ho-
 stium. Circumventus igitur memo-
 ratus vir ejusdem urbis incolis, ut bo-
 na sua intra muros propter adven-
 tantem recondere exercitum, dum
 illi ejus monitis parvissent, hac eos
 fraude decepit. Conspiciens enim hostes
 jam in proximo esse, ita eos affatur:
 En inimici, egredimini ad resisten-
 dum eis. Quibus digressis, expulso
 etiam Antistite, post eos clausit por-
 tas, seque ad repugnandum cum satel-
 litibus parat. Idem auctor cap. seq.
 Mummolus omnes thesauros diripiens
 universos, in diversis occubuit locis:
 dataque sequentis luce diei, hostibus
 portas urbis aperuit: qui intantam ca-
 dis exarsere insaniam, ut etiam sacer-
 dotes Domini ad ipsa jugularent
 altaria, reliquosque civium cum ip-
 sa concremarent urbe. Idem scri-
 ptor de Urgello civitate loquitur
 c. 83, lib. 4. in hunc modum. Or-
 gelli civitas est in Pyrenaei montis jugo
 sita; cujus Episcopus nomine Felix, na-
 tione Hispanus erat. Adversus eum

Franciæ
 amne talis

RGI
 LINE
 V L I N V S
 I S S I M Æ .

o præclarius
 ridonienfi in
 atium. Nimi-
 o (Vigilan-
 & Convena-
 nos Cn. Pom-
 a, & atrium-
 , de Pyrenais
 num oppidum
 Convenarum
 ic usque latro-
 am Dei & de
 , Celtiberisque
 alliarum Ecclē-
 descriptio ab
 ap. 69. lib. 3.
 Ea tempestate
 erio derelictus,
 , Bladaste ac
 rio, Convenis
 a urbs in ca-
 tis trans Ga-

GARVM
NA.

Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus libellum scripsit, ut publicatum ab eo errorem prorsus evellet. Incensâ autem & eversâ Episcopali Convenarum sede, cui Lugdunum nomen erat, successoribus de translatione cogitandum fuit, visumque ut ex ruinis Convenarum in valle Capraria nova sedes constitueretur, cui *Divi Bertrandi* nomen imposuere, qui primus ei Episcopatus præfuit, ubi marmora alba & cujuscumque coloris plurima reperiuntur. Flumen verò iam auctum aquis *Sancti Beati* urbem prælambit, deinde circa pontem lapideum fluviolum *Cristam* excipit, tum apud *Montem Regium* & *Valentinam* oppidum fluens, sancti *Gaudens* urbem alluit, Vicecomitatus *Nebosani* & *Regii* prætorii sedem. Deinde in urbem *Casterarum*, mox *Terrassiam*, & circumiectos accolæ alluit. Ab eo locotribus ad summum milliaribus distant *Rivena* Joannis XXII. Romani Pontificis Episcopatum consequatæ. Succedit ultima Convenarum urbs *Muretum* tertio à *Tholosa*

S. Bertrand.

S. Beat.

La Creste, r.

Valentins.

S. Gaudens.

Nebosani.

Cazeres

Rivens.

Muret.

.Francia
sis Archiepi-
t, vt publica.
orsus evelle-
eversâ Epi-
fede, cui
at, successo-
cogitandum
uinis Conve-
ia nova sedes
ivi Bertrandi
ui primus ei
ubi marmora
coloris plu-
nen verò iam
Beati urbem
ca pontem la-
istam excipit,
egium & Va-
iens, sancti
uit, Viceco-
Regii prator-
urbem Cas-
n, & circum-
Ab eo loco
milliaribus di-
XXII. Roma-
atum conse-
na Convena-
ertio à Tho-
lola

Tholosa milliario, Albiensium impro-
batae factionis Regisque Arragonum
exilio nobilis. Inde patentibus & fer-
tilibus campos rigans duobus milliari-
bus à Tholosa in vinculo S. Crucis
Aurigeram fluvium excipiens are-
nulis aureis intermicantem, iam
suis aquis & exterius valentior Tho-
losam Tectosagum metropolim al-
luit. Ea ab Aufonio describitur, in-
numerisque culta populis esse de-
monstratur. Eam verò urbem sive
præsidio, sive munimento instruit,
& circumvallat, vt non solum qua-
draginta aut plures ante eius mœ-
nia frumentarias molas circumagat,
sed etiam iumentis & hominibus
salutarem potum præstet, & ab ea
ingentibus pene par fluviiis, omnis
generis merces & divitias Burdiga-
lam vsque devehat. In vita S. Satur-
nini hæc leguntur: *Abiit præterea
ipse de Tholosa in alias provincias ad
predicandum verbum Domini, &c.
Cumque pergeret de Tholosa ad Cliso-
nam civitatem, venit ad vicum qui di-
citur Villa clara, ubi postea edificata
fuit civitas, quæ Mons-auris dicitur.*
Et ibi audita beati Petri Apostoli pas-

GARUM
NA.

La Ric.

ge, r.

Tholose;

Adures.

CARVM
 NA.
 Le
 Gers, r.

sione, edificavit Ecclesiam in honorem
 ipsius Apostoli super fluvium Gertanū.
 A Tholosa per Arvernos eorumque
 fines Lugdunum vsque numerantur
 sexaginta & quatuor leucæ, diffici-
 les sanè propter obvios montes,
 quos trajicere oportet. Ab eadem in
 Ausciorum metropolim sunt de-
 cem, vsque ad sanctum Papulum
 Martyrem, vbi sedes est Episcopatus
 Lauracensis territorii, septem, aut
 vt aliis videtur, novem. Ausci qua-
 tuor tantum Vasconicis à Lomberia
 leucis disiuncti sunt, eratque *Lom-
 beria* monasterium ante Joannem
 Romanum Pontificem XXII. Tunc
 enim primùm Episcopatus & sui ju-
 ris, tametsi sub Auscensi Archiepi-
 scopo constitutus fuit. A Tholosa
 verò vsque *Castrum Arrii* urbem sa-
 tis vastam, multoque populo af-
 fluentem, & caput Lauracensium,
 leucæ quatuor Vasconicæ numeran-
 tur: nam à Tholosa ad id castrum
 octo leucæ Volcarum Tectosagum
 numerandæ videntur, vtieas meti-
 mur. Indeque ad S. Papulum vna
 tantum restat. *Hictius* quoque di-
 citur amnis Arrii, qui per castrum

Castel-
 nau-
 d' Arry.

Hicie,
 r.

Francie
in honorem
um Gertanū.
os eorumque
numerantur
ueæ, diffici-
os montes,
Ab eadem in
im sunt de-
m Papulum
Episcopatus
septem, aut
Ausci qua-
is à Lomberia
ratque Lom-
te Joannem
XXII. Tunc
atus & sui ju-
nfi Archiepi-
t. A Tholosa
rrii urbem sa-
te populo af-
auracensium,
niæ numeran-
ed id castrum
Tectosagum
, vtieas meti-
Papulum vna
es quoque di-
ui per castrum

per Flumina.

435

non fluit, & minor Lertio quodam-
modo videtur. Quem Hictium ad-
jecta distinctione mortuum ex vete-
ribus tabulis loci illius dicendum
Arrienses aiunt. Ab Auscis Elusam
septem metimur, sed Vasconicis.
Tantum enim spatii est, quod Gal-
licas duodecim aut tredecim effi-
ciat. Id oppidum in extremis finibus
Ausciorum collocatum est. In qua
diœcesi etiam est Prioratus dictus
de Elusore veteri verbo, ordinis Clu-
niacensis. Archiepiscopus quoque
Auscensis Elusæ domum habet, quæ
instar arcis est. Elusa denique tribus
leucis à *Nogarolio* Armeniacorum
abest, quod nigrum dicitur. Nam
Armeniacy superiores sunt proprio-
res Auscis. Et Maseriæ ad hos perti-
nent, cum *Nogaroliū* aliud ad diœ-
cesim Ausciorum referendum sit.
Sontiates etiam Ausciorum Præsuli
obediunt, & apud Auscios est Prio-
ratus ordinis Cluniacensis, cui *Orie-
lii* nomen, opulentissimus. Lectoræ
quoque Episcopatus sub Auscensi
splendet, in qua vrbe Tribunal *Se-
neschallia* Armeniacy locatum est.
In *Consuerana* paulò infra *S. Lucinū*

GARVM
NA.

T ij

GARUM pons est, sub quo fluit *Salatus* amnis,
NA. minimè patiens navigiorum, pro-
Salat, r. pter rupes & saxa. Ilque *Garum-*
Castres nam tandem præcep̄s decurrit. *Ca-*
strum olim erat sub Episcopatu *Al-*
biensi, & *Godonia* villa, in qua sunt
Aigu, r. subterranea, ab *Aculo* amne etiam
La includuntur. *Vaurum* quoque eo-
Vaur. dem flumine alluitur, quod retro
 templum est, & impetum ejus ne
 noceat, retundit objecta magna mo-
 le adversus vim ejus. A *S. Pontio*
Tomeriarum, qui beati *Cypriani*
 agonem scripsit, vsque *Pedenasum*
 quinque sunt leucæ in regione mon-
 tana, vnde quicquid marmoris in
Narbonensi colonia reperitur, olim
 effossum est, effoditurque hodie. In-
 terque castra *Vabrincum* & *S. Pon-*
tii in mediis pratis visitur è præter-
 euntibus altissima rupes, ex qua de-
 cidunt duo amnes, alter in *Obrin*
 flumen mareque *Mediterraneum*,
 alter in *Garumnam*, tenditque in
Oceanum. A *Tholosa* vsque *Mont-*
albanum septem leucæ. Rursus ab
 eadem *Tolosa*, *Aginnum Nitiobri-*
gum quindecim. Ab *Aginno Nera-*
cium abest quatuor. Et ab eodem

Francie
latus amnis,
orum, pro-
ie Garum-
ecurrit. (a-
scopatu Al-
in qua sunt
amne etiam
quoque co-
quod retro
am ejus ne
magna mo-
S. Pontio
ti Cypriani
Pedenasum
egione mon-
armoris in
eritur, olim
e hodie. In-
m & S. Pon-
r è præter-
ex qua de-
er in Obris
erraneum,
enditque in
sque Mont-
Rursum ab
n Nitiobri-
inno Nera-
ab eodem

Aginno Josephus Scaliger ibidem GARUM
natus scribit novem leucas Lausuma NA.
numerari solere, præter septem qui-
bus Montalbanum à Tolosa distat.
Ab Auscis Condomium vsque sex,
Burdegalam triginta, Muretum
tres, aut vt didici à nunciis publicis
Tolosatum, quatuor, portum amœ-
num, amplumque vicum; adverso
Garumna flumine duas. Tolosam
verò Palladium poëta Martialis ap-
pellat hoc versu :

— *Palladia non inficienda Tolosa
Gloria.*

Baldus Jurisconsultus in l. om-
nia privilegia, Cod. de Episcopis &
Clericis. honorificentissimè loqui-
tur de Universitate Tolosana. Vau-
rum etiam abest à Tolosa leucis
quinque. Hinc à læva Vascones, à
dextera Gothicam Provinciam,
quæ imperitè Occitania dicitur,
aspiciens. Garumna Granatum Gau- Gren-
rensis præfecturæ urbem attingit, de.
in cujus vicinia Sava fluvioli aquas, Gaure.
cujus fertiles sunt ripæ, suis admi- La Sa-
sct, dein in Rivarenses progre- ve, r.
diens Verdunum oppidum, neque Mas de
longo intervallo Benedictinorum Verdū.



GARUM cœnobium suis vndis fovet; &
 NA. eodem aquarum cursu pergens,
 Castel relicto ad Orientem *Sarraceno* op-
 Sara- pido, *Tarnem* fluvium prope *Mois-*
 zin. *siacum* monasterium pleno alveo
 Le admittit. Per medios postea *Aqui-*
 Tarn, r. tanos *Fossanam* arcem egregiam &
 Moif- *Leyracium*, infra quod *Ægircius*
 sac. fluvius ei permiscetur, cujus de-
 La Fos. scriptio sequitur.
 LeGers, ra

De *Ægircio* Flumine.

LeGers. **Æ**GIRCIVS oritur in *Pyre-*
 nais & in *Valled' Esten* nunc
 cupata, vbi decurrit; magna pla-
 nities conspicitur, inde petit *Pa-*
 nascum vicum, & oppidum *Sancti*
 Man- *Christophori Magnæ Sylvæ* in Cõ-
 ceaube, mitatu *Astaracensi*, postea *Auscio-*
 Astarac. rum urbem metropolim alluit, por-
 teque iungitur: quæ loca in vera
 Vasconia esse noscuntur, vbi vul-
 gò dicitur,

Lo no es bon Guasconet

Se no sabe dez;

Higne, hogne, hagasset.